Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

2

+

foedus ineunt.

XXXII. Jacob autem: Jacob Angelos obuiam uidet. Ad Esau munera mittit, cum angelo luctatur.

XXXIII. Eleuans autem: Esau ad Jacob peruenit, oscula munera uix suscipit, et sic tandem diuiduntur.

XXXIIII. Egressa est autem: Dina ad uidendas mulieres egreditur, opprimitur, Sichimitae interimuntur, propter quorum occisionem Jacob filios arguit.

XXXV. Praeterea locutus est Dominus: Jacob idola subter terebintum fodit. Delbora moritur. Jacob Israel uocatur. Beniamin nascitur. Rachel moritur. Ruben cum concubina patris dormit.

XXXVI. Hae sunt generationes: Esau a fratre separatur. Generationes Esau uariae. Diuersi duces numerantur.

XXXVII. Joseph cum sedecim: Joseph fratres apud patrem accusat, illi inuident, Joseph somnia uidet. fratribus narrat, Ismaelitis uenumdatur.

XXXVIII. Eodem tempore: De Juda et filijs eius, et Thamar nuru sua.

XXXIX. Igitur Joseph: De Joseph et Putiphare domino suo, et eius uxore.

XL. His ita gestis: De duobus Eunuchis Pharaonis, et somnijs eorum, et natali die Pharaonis.

XLI. Post duos annos: Pharao somniat. Joseph exponit. Aegypto praeponitur. filij sibi nascuntur. Anni sterilitatis ueniunt.

XLII.